

tempore adoptionis. Et ratio est, quia adoptata aliqua persona, censetur adoptati filij, & descendentes omnes solum, qui in adoptati potestate erant tempore adoptionis. Ut expressi deciditur. l. si pater familias. 15. in principio. ff. de adoption. Cum ergo illi descendentes in quouis gradu, qui tunc erant sub adoptati potestate, sint etiam verè adoptati, iure optimo cum illis interdicitur matrimonium. Si autem erant extra adoptati potestatem, cum non censentur adoptati, nulla ratione prohibetur matrimonium adoptantis cum illis; ut potest inter quos nulla cognatio legalis intercedit. Et huius sententiæ est verè expressi D. Thom. 4. d. 42. q. 2. art. 3. ad 4. ubi reddens rationem cur cognatione, quæ fortior est, non transeunt ad nepotes, nimirum, spirituali, transeat legalis: aut idè id contingere, quia per cognationem legalem transit filius adoptivus in potestatem patris adoptantis, & idè quidquid est in potestate illius filij adoptivi transire debet in adoptantis potestatem: & sic adoptato filio, adoptantur quoque nepotes sub filij adoptivi potestate tunc constituti. Eiusdè sententiæ sunt expressi D. Anton. 3. p. tit. r. cap. 13. paulo post principium, & Sylvest. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto 2. ubi di-

centes cognationem legalem descendentiū protrahi ad filios, nepotes, & alios descendentes, non dixere hoc absolute, sed addidere, ad descendentes adoptatos. Et rationem reddit Sylv. quòd adoptato filio, censentur pariter adoptati omnes descendentes, qui in eius potestate tunc sunt. Et constat amplius ex corollario num. sequenti inferèdo, & ex Doctotibus illius. Nam eius veritas in hac doctrina fundatur.

Hinc deducitur, nullam cognationem contrahi, & sic posse consistere matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam filia adoptivæ. Quia cum mulier nemine habeat in sua potestate. §. foemina, Instit. de adoption. filia mulieris adoptatæ transire nequit in potestatem patris adoptantis matrem, & sic non censetur adoptata. Ita docent Astenis summa 2. p. lib. 8. tit. 19. art. 2. quæst. 9. Angelus. verb. matrimo. tit. 3. impedimento. 8. nu. 5. Rosella. verb. impedimentum, impedimento 7. num. 5. Sylvest. verb. matrimonium. 8. q. 8. d. 5.

Tandem inferitur, posse adoptatam in iure matrimonium cum quibuslibet; filijs illegitimis adoptati. Quòd hi non possint esse in adoptati potestate. §. ultimo, Instit. de nuptijs.

DE IMPEDIMENTO AFFINITATIS. DISPUT. SEXAGESIMA QUARTA.

Quid sit affinitas, & qualiter in ea gradus computentur: & quid ad eam contrahendam desideretur?

SUMMARY.

Affinitas unde dicatur, & quid sit? num. 1.
Affinitas durat post mortem, num. 2.
Non habet gradus, sed computantur iuxta gradus consanguinitatis, num. 3.
Quis sit in affinitate sipes, & quatuorplex eius linea, num. 4.
Vir & uxor non sunt affines, sed principium affinitatis: nec ex affinitate oritur alia affinitas, num. 5.
Quot sint questiones disputanda, num. 6.
An oriatur affinitas ex aperione claustris? sine inie absque intrus seminatione? Refertur quadam sententiæ, num. 7.
Non oritur affinitas, num. 8.
An in dubio presumatur semen effusum intra vas tali copula habitæ: nec credatur coniu-

gibus oppositum asserentibus? Et explicatur cap. extraordinaria. 35. q. 3. num. 9.
Non contrahitur licet femina seminet viro non seminante, num. 10.
An ex congressu Spadonum contrahatur affinitas? num. 11.
Non contrahitur ex pollutione extra vas, & tabibus, num. 12.
Nec ex copula Sodomitica, num. 13.
An copula Sodomitica propter criminis enormitatem impediatur matrimonium cum consanguineis illius, cui quo habitæ est? num. 14.
Satis est copula extra vas habitæ, si virile semine quacunq; arte, etiam demonis ministerio intra vas mittatur? num. 15.
An oriatur affinitas ex copula, siue licita, siue illicita? num. 16.

Quid

Quid sit copula sit cum femina veniente, dormienti, insana, vel ignoranti, vel mortua? num. 17.

Quid, si copule sit occultæ? num. 18.
Satis sit argumentis. Et explicatur. c. iuuenis, de sponsal. & cap. fratemitatis, de eo qui cogn. consang. num. 19.

Post nu. 19. innuens alia summaria.



N Hoc affinitatis impedimento eum ordinem seruabimus. Primo disputabimus quid sit affinitas, & de eius gradibus, & qualiter contrahatur. De qua re est præfens disputatio. Deinde in sequenti disputatione, an affinitas sit quid naturale, ita ut infidelitatis tempore contrahatur. Mox an in aliquo gradu dirimat matrimonium iure naturali. Tandem quoto gradu, & inter quas personas iure ecclesiastico matrimonium dissoluit. Et consulit prætermitto questionem, qualiter impediatur debiti petitione, quando matrimonio iam contracto superuenit. Quia de illa agam, lib. 10. disput. 27. & seqq. Dicitur ergo affinitas (si ad nominis significationem respiciamus) quali finium propinquitas: unde affines teste Cicerone inuèctua 4. in Catilinam, dicitur aliqui, quia vnus trahitur ad fines alterius. Sicut enim agri dicuntur affines, quia finis vnus est proximis finis alterius: ita affines sunt consanguinei alterutrius coniugis alteri coniugi: quòd dæ cognationes inter se diuersæ copulentur per nuptias, & altera ad alterius fines accedat. Vt ait Iurisconsultus. l. non facile. ff. de gradibus affinitatis. Ratio autem ea est, cum enim vir & uxor efficiantur per copulam vna caro, sanguis vnus dicitur alterius sanguinem tangere: ac proinde consanguinei vnus trahuntur ad quandam alterius cognationem, quæ affinitas nuncupatur. Vnde D. Gregor. relatus. c. fraternitatis. 35. q. 10. Sic ait. Si vna caro fuerit, quomodo poterit aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertinere alteri. Definitur autè affinitas sic à Theologis, & Iuris vtriusque professoribus, cum D. Thom. 4. d. 41. q. vnicæ, art. 1. quæstiuicula. 3. argumen. 2. Et Glossa 35. q. 5. in arbore affinitatis. Est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. Dicitur propinquitas, quia in hoc conuenit cum cognatione carnali. Ex carnali copula proueniens, in quo ab illa distinguitur: & dicitur generaliter, ex copula, quia ori-

tur ex copula licita, vel illicita. (vt dicemus num. 16.) Omni carens parentela, intelligitur per se, & ex parte affinitatis, cui per accidens est, vt aliquando affinitas & consanguinitas in eodem reperiantur. Vt bene docet D. Thom. eadem quæstiuicula 3. ad 2.

Durat autem affinitas post mortem eius, qui affinitatis contrahendæ causa fuit, sicut & consanguinitas. Quare mortuo alterutro coniuge, vel alterutro ex fornicatibus, non dissoluitur affinitas producta ex copula. Vt est expressa decisio Gregorij Põtificis, & refertur. cap. fraternitatis. 35. q. 10. Cuius rationem reddit D. Thom. 4. d. 41. q. vnicæ, art. 1. quæstiuicula. 2. corpore, quia quoties relatio confurgit ex præterita actione, nec illius continuationem desiderat, non perit destructa causa, sed tantum destructo altero extremorum, inter quæ versatur. Vt contingit in consanguinitate. At affinitas ortum habet ex carnali commixtione, nec exigit eius copule perferantiam: atque proinde non perit destructa persona, quæ copulam habuit, & per eam causa fuit eius affinitatis producendæ.

Nec propriè affinitas gradus habet, sed mensurantur gradus inter affines, iuxta gradus consanguinitatis. Omnes enim consanguinei vxoris Petri, vel mulieris ab eo illicitè cognitæ, sunt Petro affines, in eo gradu in quo sunt consanguinei talis mulieris; & è contra consanguinei Petri sunt mulieri affines in eo gradu, in quo sunt consanguinei Petri. Vnde succedit regula, quam refert Glossa. c. non debet. verb. in secundo, de consanguin. *Persona addita persona per carnis copulam, mutat genus, & non gradum.* Vt Petrus & Paulus fratres sunt consanguinei in primo gradu, additur persona per carnis copulam, quæ Petro commiscetur, illa persona mutat genus attinet cum Paulo, nam Petrus est consanguineus Paulo, illa autem persona est affinis: at non mutat gradum: quia in eodem primo gradu affinitatis coniungitur Paulo, quo consanguinitatis coniuncti sunt Petrus & Paulus. Quia cum affinitas ex consanguinitate oriatur, distinctio gradum illius mensuratur per distinctio gradum illius. Atq; id colligitur ex c. porro. 35. q. 5. Quare sipes in affinitate dicitur duplex illa persona, quæ per carnis copulam commiscetur. Cum vtraq; sit origo, & radix huius affinitatis. Vnde linea affinitatis est.

CC 3 duplex,

duplex, sicut & consanguinitatis, quædam est recta ascendentiæ, & descendentiæ. Ascendentes sunt, pater, mater, avunculus, non tunc: descendentes verò, gener, nurus, privignus, privigna. Alia verò est linea transuersa collateralium. Hi sunt, qui alterutri coniugi sunt consanguinei in linea transuersa: nam alteri sunt affines in eodem gradu lineæ transuersæ: & si consanguinei sint in linea transuersa æquali, vel inæquali, similiter erunt affines.

5 Hinc fit, virum & uxorem non esse inter se affines, sed principium affinitatis. Quod est manifestum: ac multis citatis docet Conarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. num. 7. Nec ex affinitate oritur alia affinitas, vt la tius dicemus disput. 67. num. 2.

6 His præmissis, triplex quæstio in præfenti disputatione est agitanda. Prima, an affinitas necessario petat emissionem seminis intra vas? Secunda, an petat vtriusque coniugis semen? Tertia, an ex matrimonio rato oriatur affinitas?

7 Quæstio prima. An ad contrahendam affinitatem desideretur copula perfecta, in qua virile semen intra vas femineum recipiatur: an potius sufficiat penetratio vas femine non intra emissio? Michael Metina in lib. 5. de sacrorum hominum continentia. c. 76. in ea est singulari sententia, vt sufficiat penetratio vas femine abli que seminis immisione, vt affinitas contrahatur. Duciturque eo solo fundamento, quod iura clament ex copula oriri affinitatem: ac proinde in affinitatis definitione. num. 1. posita, solius copulæ mentio fit. Secundo, vrgentius probari potest ex cap. iuuenis, de Sponsal. vbi dicitur iuuenem, qui puellam nondum septennem duxit, & forsitan tentauit cõsummare, nec potuit, non posse permanere in matrimonio postmodum cum consobrina eius cõtracto. vbi Glossa finalis opponit. cap. extraordinaria. 35. q. 3. vbi deciditur ex pollutione extraordinaria non oriri affinitatem: & responderi ibi habitam esse pollutionem extra vas non animo coniugali: at in casu di. cap. iuuenis, tentatum esse copulam intra vas, ac animo maritali. Insuper ex cap. fraternitatis, de eo qui cognouit consanguin. ibi: *Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonicè promulgasti, qui illam sibi postea copulare presumpsit, cuius antea fororem adhuc septennem contractis sponsalibus, extraordinaria libidine nescitur polluisse.* Constat ergo ex his non desiderari

ad affinitatem semen virile intra vas femine effundi. Tertiò, quia per effusionem seminis extra vas, est probabile concedi diuortium: & per vasis penetrationem absque semine consummari matrimonium: ergo eandem probabilitatem habebit, inde affinitatem oriri.

At citra dubium est tenendum, ex sola vasis femine penetratione, non emissio intra virili femine, minimè oriri affinitatem. Quia tota ratio ob quam ex copula oritur affinitas, est quod per eam vir & femina vna caro efficiantur, ac proinde consanguinei vnus fiunt affines alterius. (vt probauimus num. 1. ex cap. fraternitatis, 35. quæst. 10.) At non efficiuntur vna caro, nisi per copulam perfectam, ac sufficientem ad prolis generationem, qualis est sola illa, in qua virile semen intra vas femineum recipitur. (vt latè probauit lib. 2. disput. 21. num. 5.) Secundo, idem constat ex c. lex diuina 27. quæst. 2. vbi Benedictus Pontifex sic ait: *Sed neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem.* Et ex cap. extraordinaria, 35. quæst. 3. vbi Urbanus II. ait pollutionem non impedire matrimonium cum consanguineis mulieris polluta, nisi in naturalibus admilla sit. Ergo ad affinitatem desideratur pollutio intra vas. Tertiò, quia si absque vasis penetratione, ac corporum commixtione, reciperetur semen virile intra vas femineum, produceretur affinitas. (vt ex omnium mente dicemus n. 15.) Atque proinde tota ratio affinitatis producendæ est seminis intra vas receptio, nec ad ré pertinet vasis penetratio. Quartò, quia ad affinitatem ea copula desideratur, ex qua apta nata est sequi generatio: ob id enim ex copula Sodomitica intra vas præposterum recepto semine, nulla affinitas confurgit, (vt num. 13. dicemus) quod ea copula non satis fit ad generationem. At ad hanc nullatenus sufficit vasis legitimi penetratio absque semine. Neque ergo sufficit, vt inde affinitas oriatur. Et ideo huius sententiæ sunt, ex Theologis. D. Thom. 4. distinct. 41. quæst. vnica, artic. 1. quæstiuncula. 3. corpore: & quæstiuncula 4. ad 2. Et ibi D. Bonavent. art. vnico. quæst. 1. Durand. quæst. 1. num. 7. Ricardus artic. 1. quæst. 1. corpore. Palud. quæst. 1. artic. 3. conclus. 1. num. 18. Supplementum Gabrielis. quæst. vnica, artic. 1. columna 2. vers. ex illo sequitur. D. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 15. in principio,

paulo

paulo ante notabile secundum. Guillelmus Parisiensis lib. de Sacramen. tit. de matrimonio. cap. 30. Abulensis. capit. 5. Mattheæ. quæst. 222. Petrus de Soto lectione 10. de matrimon. columna penultima. vers. tertium est. Sotus 4. distinct. 41. quæst. vnica, art. 2. columna 3. vers. ex quo fit. Et ibi Nicolaus de Orbel. quæstio 1. Guillelmus Borrellong. quæst. vnica, artic. 2. Ouanus. quæst. vnica, propositione 1. Ledesma 2. part. quæst. 57. art. 3. ad finem. Veracruz 1. part. Speculi, artic. 47. sine. Viguierus lib. Institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 6. Valentia 4. part. disputat. 10. quæst. 5. puncto 3. vbi de affinitate, initio. Enriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 16. num. 1. Toledo lib. 7. summæ. cap. 11. num. 3. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio. dubio 40. concl. 2. Manuel 1. tomo summæ. 2. editione, c. 2. p. 22.8. nume. 1. Petrus de Ledesma de matrimonio. quæst. 55. artic. 3. dubio 2. conclus. 1. & 2. Emmanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimētibz num. 13. vers. affinitas contrahitur. Philiaricus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 2. capit. 12. vers. affinitas est propinquitas. Vivaldus candelabro Sacrament. 1. p. vbi de matrimo. num. 198. Ludouicus Lopez 2. part. instruct. vbi de matrimo. cap. 50. fol. 147. Vega 2. tomo summæ. cap. 3. casu 171. concl. 4. & 6. Grassis 1. part. decisio num. lib. 2. cap. 80. num. 7. & 8. Et ex Iurisperitis, Glossa. cap. extraordinaria, in fine. 35. quæst. 3. & ibi Archidia. num. 3. Bellemera, num. 2. Idem Archidia. cap. vnico. de desponsat. impub. in 6. num. 2. & cap. vnico. num. 3. de Sponsal. in 6. & ibi Dominicus in principio. num. 9. Innocen. cap. fraternitati. num. vnico. de eo qui cognouit consang. Et ibi Alexander de Neuo. num. 6. Enricus num. 8. Albericus in suo dictionario, litera A. verb. affinitas. Cardin. clemen. vnica. quæst. 14. num. 11. de consanguin. Ioannes de Triburgo in summa cõfessorum, lib. 4. tit. 15. quæst. 5. Monaldus summa, tractatu de matrimonio. vbi de impedimento affinitatis. Astensis 2. part. summæ. lib. 3. tit. 25. art. vnico. quæst. 5. Rosella. verb. impedimento, impedimento 14. num. 9. & ibi Supplementum summe Pisanæ, impedimento 14. num. antepenultimo. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 15. num. 5. Syluest. verb. matrimonium. 8. quæst. 15. dicto 2. Tabiena. verb. impedimento, impedimē

to 4. quæst. 2. num. 3. Armilla. verb. matrimonium. num. 26. Nauarr. summ. cap. 22. Latine num. 42. Hispanè. num. 41. & lib. 4. consiliorum, in tit. de consanguinitate, in 1. editione, consil. 8. num. 5. in 2. concl. 4. num. 5. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. num. 243. Gaeta repetitione cap. ad locina 30. quæst. 1. §. 4. q. 2. 12. num. 501. Moccius de contractibus. tit. de Sponsal. §. de naturalibus Sponsalium. num. 3. Cenedo in suis collectaneis ad ius canonicum, collectaneo 19. num. 1. Franciscus Marcus decisione 467. num. 7. p. 2. Azebedo lib. 8. Recopil. tit. 20. l. 7. nu. 17. Soacius de Sponsal. 1. p. super Influita de nuptijs. §. affinitatis. num. 1.

Non tamen habetur fides nisi in solo conscientie foro, copulam habentibus, ac seminis effusionem negantibus. Quia ex ea copula satis præsumitur seminis effusio. Sic Archidia. cap. vnico. num. 3. de desponsat. impub. in 6. & cap. extraordinaria num. 3. 35. quæst. 3. & ibi Bellemera num. 3. Alexander de Neuo. cap. fraternitati. num. 8. de eo qui cognouit consang. & ibi Enricus, num. 9. & nu. n. Paludanus, Monaldus, Rosella, Syluest. D. Antonin. n. precedenti allegati. Astensis. 2. p. summ. lib. 8. tit. 25. art. vnico. q. 8. Supplementum Gabrielis 4. distinct. 41. quæst. vnica, artic. 1. paulò post principium Gregor. Lopez. l. 5. verb. carnaliter. tit. 6. part. 4. Nec obstat c. extraordinaria. 35. q. 3. vbi Urbanus II. ait credi Sacramētis dicentium pollutionem fuisse extra vas. Nam Glossa verb. Sacramētis, explicat, polluentis, & polluta, & ait mirum esse contra tam violentam præsumptionem admitti probationem: & forte id obtinere, cum virgo est femina, idque vult per corporis aspectu probare: iuramentumque adhiberi ad maiorem cautelam.

Hinc primò deducitur, non contrahi affinitatem ex copula, in qua sola femina seminat. Quia ea non satis est ad prolis generationem. Et ita sentiunt omnes Doctores num. 8. allegati, cum petant copulam sufficientem ad generationem. Et in proprijs terminis docent, Astensis. quæst. 7. Syluest. Supplementum Gabrielis, Toledo, Bartholomæus à Ledesma, Ludouicus Lopez, Petrus à Ledesma, Manuel. n. 8. relati.

Secundo deducitur, ex congressu Spadonum consummationem in ira legitimum vas minimè oriri affinitatem. Quod non

Cc 4 verum

verum semen emittant, ex quo generatio subsequi possit. Et rabenē docet Ledesma 2. part. quest. 57. art. 3. ad finem. versic. ad hoc dico. Quamvis relato Hugone dicat oppositum esse tucius Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. titulo 16. quest. 15.

12 Tertio infertur, ex quacūque extra vas legitimam pollutione, & a fortiori ex quibuscūque tactibus, nullam produci affinitatem. Quod sapienter omnes citant, nu. 8. & de pollutione extra vas, extat textus expressus Urbani II. cap. extraordinaria. 35. quest. 3.

13 Quarto infertur, ex copula Sodomitica non oriri affinitatem. Quia ex ea non potest sequi generatio. Et ita tenentur fateri Doctores omnes. n. allegati. Et in proprijs terminis docent. D. Bonab. Durā. Ricard. Petrus de Soto, Abulensis, Nauar. Guillelmus Borrillong. num. 8. relati. Archid. cap. vnico. num. 3. de Sponsal. in 6. Præpos. in arbore affinitatis. num. 14. Caiet. sum. in verb. matrimonium. cap. 1. impedimento 11. Supplementum Gabriel. 4. dist. 47. q. vnica. art. 1. col. 2. versic. ex illo sequitur. Et ibi Sorus. q. vnica. art. 2. col. 3. versic. quapropter. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 15. num. 5. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 15. dist. 1. Armilla. verb. matrimonium. num. 26. Tabiena. verb. impedimentum. impedimento 4. quest. 2. num. 3. Angles floribus. 1. p. de matrim. quest. 14. art. 1. initio. propositione 3. Toledo lib. 7. sum. mæ. cap. 11. num. 3. Azebedo lib. 8. Recopilat. tit. 20. l. 7. num. 20. Petrus de Ledesma de matrimo. quest. 55. art. 3. diff. 1. c. 6. cluf. 2. Bartholomæus à Ledesma de matrimo. dubio 40. concl. 1.

14 Sed aliqui censent quamuis non ratione affinitatis contracte cum sanguineis eius, cum quo copula Sodomitica est habitata, impediatur matrimonium: nulla enim orta est, impediri tamen propter criminis enormitatem. Ita dicit fortē esse Glossa. c. extraordinaria. verb. sepius. 35. quest. 3. Et quidam id docent absque illa nota dubitationis, vt testantur ibi Archid. num. 1. & Bellemera, num. 1. nec ipsi reprobant. Idē tenet Lambertinus de iure patron. lib. 2. p. 1. quest. 9. art. 18. num. 9. Et probat ex eo. cap. extraordinaria, à contrario sensu. Quia ibi dicitur pollutionem non nisi in naturalibus admissam impedire matrimonium. Ergo impedit si est in vase contra naturam, quale est præposterum, ne possit con-

trahi matrimonium ab alterutro Sodomitica cum sanguineis alterius. At omnino tenendum est, nullum profus oriri impedimentum. Quia enormitas criminis nil profus conducit ad impedimentum matrimonij statuendum, nisi ea poena in iure expressa sit. At hæc poena nullibi exprimitur: imò dist. cap. extraordinaria videtur expresse decisum contrarium. Cum ibi expresse decidatur in eo solo euentu pollutionem impedimento esse matrimonio contrahendo cum sanguineis alterius, quādo in vase naturali recipitur semen. Secus ergo est, quando in vase præposterō, & contra naturam. Quare bene Petrus de Ledesma de matrimo. quest. 55. art. 3. dubio 1. in corollario, quod infert ex 2. conclusione, dicit si duo viri nefando congressu se polluerint, posse alterum ducere alterius filiam.

15 Quinto infertur, sat esse ad affinitatem contrahendam, copulam extra vas, si viri le semen quacūque arte, vel matrice feminea illud attrahente, in vas femineum subintret. Quia id ad prolis generationem sufficit. Sic Cardinal. Clement. vnica. nu. 12. quest. 15. de sanguin. Henricus cap. fraternitatis. num. 6. de eo, qui cogn. cōsan. Palud. 4. dist. 47. quest. 1. art. 3. concl. 2. num. 19. Et ibi Supplementum Gabriel. quest. vnica. art. 1. col. 2. versic. ex illo sequitur. D. Antonii. 3. part. tit. 1. cap. 11. in principio, pauld ante notabile secundum. Rosella. verb. impedimentum, impedimento 14. num. 8. & ibi Tabiena impedimento 4. quest. 2. num. 3. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 14. num. 5. Syluest. verb. matrimonium. 8. quest. 15. dist. 2. Armilla. verb. matrimonium. num. 26. Astenfis. 2. part. sum. mæ. lib. 8. tit. 25. verb. carnalitate. tit. 6. part. 4. Ledesma 2. part. 4. q. 57. art. 3. ad finem. Veracruz 1. part. Specul. 3. art. 47. ad finem. Gaeta. reper. cap. ad limina. 30. quest. 1. §. 4. quest. 212. nu. 502. Petrus de Ledesma de matrimo. quest. 55. art. 3. dubio 2. in solutione ad 4. Manuel 1. tomo sum. mæ. 2. editione. cap. 228. nu. 1. Bartholomæus à Ledesma dubio 40. de matrimo. concluf. 6. Viualdus candelabro Sacram. 1. part. vbi de matrimo. num. 198. Ludouicus Lopez. 2. part. instruct. vbi de matrimo. cap. 50. fol. 1147. Vega. 2. tomo sum. mæ. cap. 34. casu 171. conclusionē 3. Et id est etiam verum, quamuis ministratio dæmonis semen virile intra vas femi-

ne immittatur. Cūm id ad generationem sufficit. Ita docent Palud. Supplementum Gabrielis. D. Antonius, Rosella, Angelus, Syluester, Tabiena, Gaeta, Petrus de Ledesma ibidem.

16 Sexto infertur, non audiedos esse quosdam Doctores asserentes ex copula illicita naturali non oriri affinitatem, sed solum ex copula coniugali. Sic Tancredus, & Vincentius, quos refert Archid. cap. vnico. num. 6. de Sponsal. in 6. Ducuntur, quia. cap. tuæ, pauld post principium, & cap. discretionem. versic. nos igitur, de eo, qui cognouit. coniugium. appellatur publica honestas impedimentum, quod ex copula illicita conuulsi. Præterea, quia. l. nō facile. 4. versic. sciendum, & versic. affines. fide gradibus, expresse dicitur ex solis iustis nuptijs producti affinitatem. Vnde Orestus lib. 1. miscellaneorum. cap. 3. sustinuit idem. Sed mestis Archid. prædictos Doctores reprehendit. dist. c. vnico. nu. 7. Quia eodem cap. discretionem, pauld inferius. versic. & si, & eodem. cap. tuæ, in fine, appellatur hoc impedimentum affinitatis. Et Glossa eod. discretionem. verb. publicam, & eod. tuæ. verb. honestatem, explicat eos textus dum hoc impedimentum appellat publicam honestatem: vt nominat illius intelligentiam affinitatem: vt ipsi met textus se statim explicat. Nec obstat dict. l. non facile, quia respondet ibi Glossa. verb. per nuptias, non oriri affinitatem quoad delationem hereditatis, vel tutelæ, secus quoad matrimonij prohibitionem. Et ratio differentia est, quia leges ciuiles in fauorabilibus, qualia sunt delatio hereditatis, & tutela, noluerunt fauere illicitæ copulæ: at verò ius canonicum ob reuerentiam in eundem matrimonij respexit coniugationem præcedentem, quamuis illicitam. Tandem constat ex Tridentino sessi. 24. de matrimo. c. 4. oriri ex fornicatione affinitatem. Et ita vniuersali Doctores admittunt.

17 Septimo infertur, oriri affinitatem ex copula habita cum femina profus inuita, ignorant, dormiēte, ebria, insana. Quia ea copula satis est ad generationem. Item, quia quando femina est profus inuita, id decernitur. cap. discretionem, de eo, qui cognouit. coniugium. cum ergo voluntas femineæ ad affinitatem contrahendam non desideretur, nil referet ipsam ignorare, aut dormiētem, ebriam, insanamque esse. Et ita docent Hostiensis summa. tit. de Sponsa-

libus. §. & qualiter dissoluantur. num. 10. versic. hanc doctrinam. Cardin. d. cap. discretionem. nu. 2. & ibi Præpositus. num. 3. notabili 6. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. nu. 2. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. nu. 241. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 212. nu. 502. Matienzo lib. 5. Recopilat. tit. 1. rubrica. cap. 1. nu. 173. Azebedo lib. 8. Recopilat. tit. 20. l. 7. nu. 13. Viualdus candelabro Sacramentorum. 1. p. vbi de matrimo. nu. 200. & 201. Soaccius de Sponsa. 1. p. super Insti. de nuptijs. §. affinitatis. nu. 1. Ex copula verò habita cum muliere mortua, non oritur affinitas. Quod perinde sit ac cum ligno, nec ea copula satis sit ad generationem.

18 Tandem infertur, ex copula quantūvis occulta oriri affinitatem. Cū iura nō distinguant, an copula sit occulta, neque. Ita Lambertinus de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 18. nu. 1. Nauar. lib. 4. conf. tit. de sanguin. in 1. editione, conf. 9. nu. 1. & 2. in 2. conf. 1. nu. 1. & 2. Azebed. lib. 8. Recopilat. tit. 20. l. 7. num. 19.

19 Ad argumenta. nu. 7. proposita respondetur. Ad 1. dicitur doctētia ex copula oriri affinitatem, intelligi de copula perfecta, & consummata, qualis non est, vbi viri seminatō desideratur. Et constat hic intellectus ex ratione huius productionis affinitatis, quam nu. 8. attulimus. Ad secundū die varios esse Doctores in expositione illorum textuum. cap. iuuenis, & cap. fraternitati: at facile responderet cum Soto 4. dist. 47. quest. vnica. art. 2. colum. 3. versic. ex quo fit, & versic. quod si obiecta, impedimentū dirimens non esse indictū in illis textibus propter nixum ad copulam, quasi ex illo oriat affinitas: sed propter publicam honestatem ex sponsalibus de futuro, quæ ibi præcesserant ortam. Et ita d. ciuuenis, dicitur propter honestatē Ecclesie id impedimentum esse. Ad tertium dic, quidquid sit de veritate antecedētis, disparitatem esse, quod per solam claustru penetrationem infertur iniuria femine, & damnum, si liceat transitus ad religionē, & idē ius censet consummari matrimonium, ad eum effectum, ne viro liceat ad religionem transire: in super est violatio fidei coniugalis, talis accessus ad non suum, & idē sufficit ad diuortium, iuxta illam sententiam. At verò affinitas petit virum & femina sic copulari, vt inde possit subsequi generatio. Quod in ea copula imperfecta non reperitur.

SVMMARIVM.

An desideretur utramque coniugem semen emittere, atque ita semina commisceri, ut oriatur affinitas? Referretur quadam sententia. num. 20.

Preponitur sententia Auctoris. num. 21.

Soluntur argumenta: & explicatur. cap. lex diuina. 27. q. 2. num. 22.

Post num. 22 inueniuntur cetera summaria, quae desiderantur.

Questio secunda. An ad affinitatem contrahendam requiratur utrumque coniugem semen emittere, & sic seminum commixtionem fieri? Quidam id requiri affirmant. Et probatur ex. c. lex diuina. 27. q. 2. vbi Benedictus Pontifex sic ait: *Sed neque oscula parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem.* Secundo, quia copula, in qua solus vir feminat, non est sufficiens ad generationem. Cum iuxta communem medicorum sententiam, utrumque semen ad generationem desideretur. Et ita tenere videtur. D. Tho. 4. d. 41. q. vnica, art. 1. quaestio. 3. corpore, vbi ait ex carnali copula, in qua est commixtio feminum oriri affinitatem. Et clarior id videntur docere idem D. Thom. eo. art. 1. quaestio. 4. ad 2. D. Bonau. 4. d. 41. art. vnico. q. 1. & ibi Durand. q. 1. num. 7. Viguierus lib. institutio. num. cap. 16. §. 7. verfic. 9. impedimento 6. vbi asserunt ex nullo concubitu affinitatem oriri, nisi seminum commixtio sequatur. Et videtur tenere Prapof. cap. fraternitati, ad finem, de eo, qui cognouit consanguineum, quamuis enim obscure loquatur, at clarè dicit semen feminæ esse necessarium ad generationem, & viro seminante, praesumitur quod; feminam seminasse, & ideo contraham esse affinitatem. Et expressè tenent Innocen. cap. fraternitati. nu. vnico. de eo qui cognouit consanguineum. Archid. c. vnico. nu. 3. & 4. de Sponsal. in 6. & c. extraordinaria. nu. 3. 35. q. 3. & ibi Bellemar. nu. 2. Cardinalis Clemen. vnica. nu. 10. q. 13. in fine, de consanguineo. Astensis 2. p. summa. lib. 8. tit. 25. art. vnico. q. 8. Lambertinus de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 18. num. 9. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 41. q. 1. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 216. nu. 516. fin. Cenedo in collectione iuris, collectaneo. 19. nu. 1. Franciscus Marcus de iure. 467. nu. 8. p. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. institutio. storij. vbi de matrimonio. c. fo. fol. 1147. col. 2. Graffis. 1. p. de

cision. lib. 2. c. 80. nu. 8. Et videtur tenere Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. nu. 194. vbi definiens affirmat dicit esse propinquitatem personarum ex seminum mixture ortam. Et hæc partem defendi esse probabilem, lib. 2. disput. 21. num. 11. Et rationem reddidi, & auctores alios pro ea ponderaui. Quod sit probabile (vt ibi ostendi) semen feminum esse necessarium generationi. Et nunc quoque hanc sententiam existimo esse probabilem.

At multò probabilis est, & cõmuni, nullatenus desiderari semen feminæ, sed sufficere ad affinitatē, si vir intra claustra pudoris femineæ seminet. Quia iuxta veriorē sententiam (vt probauit lib. 2. disp. 21. num. 10.) ea est copula perfecta, & sufficiens ad generationem; & subinde ad affinitatem, iuxta tradita in hac disput. nu. 8. Et ita tenent citato Federico (non enim potuit locum inuenire) Ioannes Andr. cap. fraternitati. nu. 2. de eo, qui cogn. cõsangu. Hofli. ibi, ad finem, Abbas in fin. Anchar. num. vnico, paulò post principium. Alex. der de Neuo. num. 10. Et videtur tenere Cardin. ibi, sine, quamuis, satis vobiscuerit. Et hanc sententiam vocat tutiorem Enricus ibi, in fin. Et eam etiam defendunt Palud. 4. dist. 41. q. 1. art. 5. conclusio. 2. num. 19. Et ibi Supplementum Gabrielis quaest. vnica, art. 1. col. 2. verfic. in illo sequitur. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 15. q. 5. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento affinitatis. D. Anto. 3. part. tit. 1. cap. 11. in principio, notabili 1. ad finem, Rosella. verb. impedimentum, impedimento 14. num. 8. Et ibi Supplementum summae Pifanae, impedimento 14. num. antepenultimo. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 15. num. vltimo. Syluest. verb. matrimonium. 8. quaest. 15. dicto 2. Tabiena. verb. impedimentum, impedimento 4. quaest. 2. num. 3. Armilla. verb. matrimonium. num. 26. Ledesma 2. p. 4. quaest. 57. art. 3. ad finem. Veracru. 1. part. Speculi, art. 47. ad finem. Antonius Cucus lib. 5. Institutionum maiorum. tit. 12. num. 343. Lancelotus Institutio iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione, vbi de affinitate. §. si quis autem. verb. commiscuit. Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 55. art. 3. dubio 2. in solutione ad 4. Manuel. 1. tomo summae 2. editione. cap. 228. num. 1. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dub.

30. conclusio. 5. Vega. 2. tomo summae. c. 34. casu. 171. conclusio. 7. & Syluester nititur hanc sententiam esse omnium, volens explicare vt Doctores dicentes exigi semen feminæ, intelligant vel aliquid loco seminis, nempe, sanguinem menstruum paratum à natura ad generationem proles. Et pro eadem sententia est Sotus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. colum. 2. verfic. hoc autem perplexum, vbi ait non exigi semen feminæ vt dicatur matrimonium consummatum. Idem enim requiritur vt matrimonium sit consummatum, & vt producatur affinitas.

Ad argumenta. nu. 20. proposita respondetur. Ad c. lex diuina, dic Pontificè tantum intendere statueri non oriri affinitatem absque immixtione virilis seminis intra vas: & ideo ait per osculum non produci. Ad secundum, dic verius esse non desiderari semen feminæ ad generationem, vt dixi, nu. præcedenti.

SVMMARIVM.

Non est questio de nomine, disputare an ex matrimonio rato oriatur affinitas, an potius publica honestas. nu. 23.

Referretur sententia asserens oriri ex illo affinitatem. nu. 24.

Preponitur sententia Auctoris. nu. 25.

Vnde colligatur publicam honestatem oriri ex matrimonio rato? Remissio. nu. 26.

Satis sic argumentum. nu. 27.

Questio vltima. An ex matrimonio rato oriatur affinitas, an potius sola publica honestas? Qui dam censent questionem hanc esse de nomine. Quod utrumque impedimentum dirimat matrimonium: & ad quorum vsque gradum protendatur. Et ideo ad rem moralem nil videtur conferre utriusque nomine impedimentum hoc appellatur. Ita Sylu. verb. matrimonium. 8. quaestio. 14. dicto. 2. Sotus. 4. dist. 41. quaestio. vnica, artic. 2. ad finem. Ledesma. 2. par. 4. quaest. 57. artic. 3. columna. 2. verfic. ideo dico. Veracru. in appendice ad Spaulicum, dubio penultimo, conclusio. 4. At melius Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 10. numer. 1. commento, littera. H. dicit esse questionem de valde conferenti re. Quia impedimentum publicæ honestatis restrictum est per Tridentinum, (scilicet. 24. de matrimonio. cap. 3. ad primum gradum: non autem affinitatis ex matrimonio con-

fergentis. Sed hæc ratio non efficit questionem esse de re. Quamuis enim dicamus oriri publicam honestatem, dicendum est extendi id impedimentum ad quartum vsque gradum. Quia sola publica honestas ex sponfalibus orta, est restricta per Tridentinum (vt dicimus disp. 70. num. 15.) Deseruit ergo hæc questio, ne sit de nomine, excommunicatione largi elem. vnica, de consangu. vbi excommunicantur contrahentes cum affinitibus, & tamen eadem non incurrere, qui contrahunt cum cõsanguineis prioris sponse de presentem non cognite, eod quod ex matrimonio rato non oriatur affinitas, diximus disp. 48. n. 14.

Quidam ergo sentiunt ex matrimonio rato oriri affinitatem. Ducuntur, quod per matrimonium contractum de presentem affirgantur coniuges multò actiori vinculo, quam per contractum sponfalium de futuro. Ergo vir cum consanguineis vxoris, & contra, multò perfectiori vinculo, & maiori propinquitate coniunguntur. Cui ergo ex sponfalibus oriatur publica honestas, nec fit aliqua propinquitas media inter affinitatem, & publicam honestatem, dicendum est ex matrimonio rato oriri affinitatem. Secundo, quia per vinculum coniugale eum potestate ad copulam, vir & vxor vniuntur in ratione vnius principij ad generatio nem: Oritur ergo inter ipsos affinitas. Et ita sentiunt. D. Thom. 4. d. 41. quaest. vnica, art. 1. quaestio. 4. ad 2. & ibi Maioris quaest. 1. ad finem. Rainerius. 2. par. summe; tit. de matrimo. cap. 15. Alexander de Neuo. c. sponfam, num. 6. de sponfal. Sotus. 4. d. 41. q. vnica, ar. 2. ad finem. Petrus de Soto lectione. 10. de matrim. columna penultima, verfic. tertium est. Ledesma. 2. par. 4. quaest. 57. ar. 3. colum. 2. verfic. ideo dico. Veracru. in appendice ad Spaulicum, dubio penultimo, conclusio. 4. Viguier. lib. institutio. num. c. 16. §. 7. verfic. 9. impedimento. 6. Bel larminius lib. 1. de matrim. c. 24. §. 6. Philariæ de officio sacerdotis, tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 12. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 10. nu. 1. Ludouicus Lopez. 2. p. institutio storij. vbi de matrimo. cap. 50. column. 1. Alij dicunt oriri affinitatem, non proprie, sed initiatiue, & largè. Sic Sotus. 4. d. 41. quaestio. vnica, paulò post principium. Ricardus ibi art. 1. quaest. 2. Astensis 2. p. summa. lib. 8. tit. 25. ar. vnico. quaestio. 9. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 14. dicto. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 1. difficultate. 2.

25 Ceterum quamvis possit dici oriri affinitatis improprie, & largé, seu quoddam affinitatis initium: eo quod potestas corporum tradita per matrimonium est initium adus coniugalis, unde affinitas oritur: at veré, & in rigore non est, inde oriri affinitatem. Et ita cenfeo impedimentum, quod oritur ex matrimonio rato, esse veré, & proprie publicæ honestatis, & non affinitatis. Quia (vt nu. 8. probauimus) affinitas oritur ex eo quod vir & vxor efficiuntur vna caro per copulam perfectam, & consummatam. Quod non reperitur in matrimonio rato. Item, quia hoc impedimentum sic appellatur. c. finali. 35. q. 3. & ideo non oriri affinitatem, sed impedimentum publicæ honestatis, docent Glossa. c. si quis desponsauerit, in fin. 27. q. 2. Abbas. cap. iuuenis. nu. 4. & cap. Sponsam. num. 2. de Sponsal. Cardin. eo. c. iuuenis, in fin. Præpos. eo. c. Sponsam. nu. 2. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento. 14. num. 1. Palud. 4. d. 41. q. 1. art. 3. concl. 1. num. 18. & q. 2. art. 1. num. 8. Loazes de matrimo. Regis Angliæ, dubio 1. num. 103. & 104. Armilla. verb. matrimonium. nu. 46. Brunellus de Sponsal. concl. 10. num. 6. & conclus. 26. nu. 2. Rosella. verb. impedimentum, impedimento 13. nu. 1. Tabiena ibi, impedimento 11. num. vnic. Archidia. c. vnic. nu. 5. de Sponsal. in 6. & cap. cum igitur 35. q. 1. nu. 3. & ibi Bellamera. nu. 2. Lex regia 5. tit. 6. par. 4. Nau. lib. 4. consil. in 1. editione. tit. de Sponsal. consil. 33. nu.

2. & tit. de consanguin. consil. 8. nu. 5. in 2. tit. de Sponsalibus, consil. 11. num. 2. & tit. de consanguin. consil. 4. nu. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 2. nu. 1. & §. 7. nu. 3. Antonius Cucus lib. 5. institutum maiorum. tit. 13. nu. 34. Alexand. Carriery lib. 2. de Sponsal. c. 13. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento affinitatis. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 14. q. 3. Supplementum Gabriel. 4. dist. 41. q. vnica, art. 1. col. 3. notabili 2. Bassolis ibi. q. vnica, art. 4. Nicolaus de Orbellis ibi. q. 1. Azebedo lib. 8. Recop. tit. 20. l. 7. nu. 15. & 16. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 162. 173. Quædus 4. d. 41. q. vnica, sine. Cenedo in collethaneis iuris, collethaneo 19. nu. 1. Angles floribus. 4. p. vbi de matrim. q. 14. art. 3. concl. 1. Toledo lib. 7. summa. cap. 10. nu. 1. Manuel. 1. tomo summa 2. editione. c. 228. num. 1. & cap. 234. fin. Bartholom. à Ledesma dubio 39. de matrim. conclus. vnica. Vivaldus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. num. 197.

26 Quod si quæras, ex quo textu habeatur hoc impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato ortum? Dicam disput. 70. num. 1.

27 Ad argumenta proposita num. 24. facile responderet. Quippe probant artius vinculum publicæ honestatis oriri ex matrimonio rato, quam ex sponsalibus, & initium quoddam affinitatis, non tamen veré affinitatem.

DISPUT. SEXAGESIMA QUINTA.

An affinitatis vinculum ortum ex copula coniugali, aut illicita, sit naturale: atque ita infidelitatis tempore contrahatur, vt obstat matrimonio inuencum cum consanguineis coniugis, aut concubinæ, post conversionem ad fidem?

SUMMARIUM.

Aliud esse vinculum naturale, & aliud iure naturæ dirimere matrimonium. 1. Infideles ad fidem conuersi nequeunt valide ducere proprias consanguineas intra quartum gradum. num. 2. An affinitas ex matrimonio orta sit vinculum naturale, & ita infidelis conuersus ad fidem nequeat ducere consanguineam prioris vxoris? Refertur quadam sententia. num. 3. Affinitas ex matrimonio orta, est vinculum na-

turale, & oritur tempore infidelitatis. numero 4.

Infidelis nequit post baptismum valide ducere consanguineam intra quartum gradum vxoris habitæ tempore infidelitatis. num. 5.

Idem dicendum est, quamuis matrimonium non esset consummatum. num. 6.

An ex Sponsalibus tempore infidelitatis initis, oriatur aliquod vinculum naturale dirimens matrimonium post baptismum, cum cognatis sponse intra primum gradum? num. 7.

An affinitas ex copula fornicaria orta, sit vinculum naturale, & ita oriatur tempore infidelitatis? Refertur quadam sententia. nu. 8. Proponitur sententia authoris. num. 9.

An infidelis conuersus ad fidem possit ducere valide consanguineam intra secundum gradum femina, cum qua tempore infidelitatis est fornicatus? Refertur quadam sententia. n. 10. Potest ducere. num. 11.

An si fidelis rem habeat cum infideli, vel fideli, at mulier sororem infidelem habeat, nullam contrahat fidelis ille cum sorore infidelis affinitatem, & possit illam post baptismum ducere: & quid, si infidelis habeat sororem infidelem? num. 12.

Quid, si fidelis cognoscat infidelem, qua post baptismum concepit ex alio filiam, an possit fidelis ille eam filiam ducere? num. 13.

Soluntur argumenta: & explicatur. c. nec est. 35. q. 3. num. 14.

Remittendū est, aliud esse quæ-
rere, an affinitas sit vinculum naturale, & aliud, an iure naturali dirimat matrimonium. Nō enim ex primo sequitur secundum. Consanguinitas quippe in secundo, & vltioribus gradibus est quid naturale, ac tempore infidelitatis oritur, cum tamen non dirimat iure naturali matrimonium. Vnde quæ-
rere an affinitas sit quid naturale, nil aliud est, quam quæ-
rere an stando in iure naturæ oriatur affinitas aliqua ex copula coniugali, aut fornicaria, & ita inter infideles confurgat: sicut consanguinitas: an potius sit merū ecclesiæ inuentū, sicut cognatio spiritualis.

Et quidem consanguinitatem esse quid naturale, & seclusa omni lege, ecclesiastica inueniri etiam apud infideles, dubitari nemo. Quia natura ipsa dicitur ex communicatione eiusdem sanguinis oriri quandam coniunctionem, & amicitiam naturalem. Quare infideles nequeunt valido matrimonio coniungi post baptismum cum consanguineis intra quartum gradum: quātis tempore infidelitatis possent vltra primum gradum. Quia cum consanguinitas tempore infidelitatis oriatur, vt potest quæ quid naturale est, illi post baptismum manent consanguinei, & cum iam subiciantur legi ecclesiæ irritanti matrimonium intra quartum gradum consanguinitatis gradum, non possunt validum matrimonium intra eū gradum inire. At poterant tempore infidelitatis secluso primo gradu. Quia consanguinitas non dirimat matrimonium in vltioribus gradibus, nisi solo iure ecclesiastico, cui

infideles non subsunt. Atque ita docent Nauarrus lib. 4. consil. in 1. editione. tit. de Sponsal. consil. 7. nu. 7. & 8. in 2. tit. de consanguinitate. consil. 12. num. 7. & 8. Equiquez lib. 12. de matrim. c. 3. num. 5.

De affinitate autem ex copula coniugali, vel fornicaria est difficultas. Et incipit do ab orta ex copula coniugali. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 3. nu. 4. ait infidelem, qui cum vxore consummatum matrimonium tempore infidelitatis, posse post baptismum eius sororem ducere. Redditque: & rationem, quia affinitas ex copula coniugali quæuis habeat fundamentum in re, at non irritat matrimonium cum sorore, & alijs consanguineis coniugis iure naturæ, sed solo ecclesiastico: infidelis autem nō erat subditus legi ecclesiastica, quādo libero contrahit factus fuit affinis.

At proculdubio dicendum est, affinitatem ex copula coniugali ortam non esse ecclesiæ inuentū, sed quid naturale, instar consanguinitatis. Ducor, quia ob id consanguinitas est quid naturale, quia naturalis cuiusdam amicitie, & coniunctionis fundamentum est. Quod idem inuenitur in affinitate orta ex copula coniugali: teste enim Arist. 8. Ethic. c. 12. duplex est naturalis amicitie causa, altera quæ per carnis propagationem descendit: altera verò quæ per carnis unitatem, & coniunctionem ad eadem generationem: qualis in copula coniugali reperitur. Et confirmatur, quia coniuges esse vnā carnem, est de iure naturæ: & ita Adamus solo naturæ instinctu ductus dixit Gen. 2. *Et erunt duo in carne vna*, & si re vera essent vna caro, nec esset cōsanguineus vnus essent cōsanguinei alterius, cum tamen sint quodam modo vna caro, quodam modo etiam iure naturæ consanguinei vnus pertinent ad alterum, nimirum per affinitatem. Deinde, quia experientia ipsa docet apud quantumuis barbaras nationes conciliari naturalem quandam amicitiam ex matrimonio inter consanguineos coniugum, ac ipsos coniuges: ob idque sunt nomina imposita ad significandam hanc affinitatis coniunctionem, vt cocer, cocrus, priuignus, nurus, gener, nouerca. Est ergo vinculum affinitatis quid naturale. Atque ita docent. D. Thom. 4. d. 41. q. vnica, art. 1. quæstionula. 1. corpore. Durandus ibi. q. 1. num. 7. Palud. q. 1. art. 1. nu. 10. col. 2. Sotus, q. vnica, art. 1. col. 2. in probatione secunda primæ conclus. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 11. in fine principij. Victoria in summa,

vbi de matrim. nu. 296. Ledesma. 2. p. 4. q. 57. art. 1. paulo post princi. Verac. 1. p. Speculi, art. 47. concl. 1. Ouand. 4. d. 41. q. v. nica, propositione vltima. Petrus de Led. de matrim. quest. 57. art. 1. diffi. 1. in solutione ad 2. Vega. 2. tomo summa. cap. 34. casu 172.

Hinc deducitur contra Enriquez. nu. 3. allegatum, infidelem, qui cum vxore consummauit matrimonium tempore infidelitatis, non posse post baptismum, validum inire matrimonium cum consanguinea illius vsq. ad quartum gradum. Constat ex c. finali, de diuort. vbi deciditur infideles conuersos ad fidem non posse ducere vxores, quibus cum illorum fratres tempore infidelitatis matrimonium contraxere. Secundo, quia cum talis affinitas sit vinculum quoddam naturale (vt nu. praeced. probauimus) oritur tempore infidelitatis cum consanguineis vxoris. Naturalia enim sunt eadem apud omnes, siue fideles, siue infideles: nec per baptismum tolluntur. Cum ergo post baptismum maneat illi affines, & subdantur legibus ecclesiae irritatis matrimonium intra quartum affinitatis gradum, non poterit tunc valide contrahere. Quamuis validum esset matrimonium, si tempore infidelitatis non dirimit iure naturali matrimonium, sed solo ecclesiastico, a quo illi exempti sunt. Et confirmatur, quia ob eandem rationem probauimus. nu. 2. non posse infideles consanguineos intra quartum gradum valido matrimonio iungi post baptismum. Nec obstat argumentum Enriquez. num. 3. relatum. Quippe quamuis infideles non subsint legibus ecclesiae quando contraxerunt affinitatem, & sic tunc posset inter eos consistere matrimonium: at subsint tempore, quo illud inire voluit, & tunc irritat ecclesia inter affines. Et ita docet Veracruz. 1. p. Speculi, art. 50. c. bel. 1. & 2. Et a fortiori id docent, quos referat nu. 10. docentes idem de copula fornicaria. Hoc autem intelligo, quando matrimonium prius infidelium fuit validum. vt nu. seq. dicam.

Idem dicendum prorsus est, quauis tempore infidelitatis sit initum matrimonium, non tamen consummatum. Quia etiam ex matrimonio rato oriri quoddam amicitiae naturale vinculum, docent Ledesma. 2. p. q. 57. art. 3. col. 2. vers. idem dico. Veracruz appendice ad Speculum, dubio penult. c. cl. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55.

art. 1. diffi. 1. in tertia ratione secunda conclusionis. Et id probat rationes adductas. nu. 4. Quia per id matrimonium tradunt sibi coniuges mutuam potestatem ad proles generationem. Si ergo est vinculum propinquitatis naturale, durabit post baptismum, quo tempore iam infideles subsint legibus ecclesiae irritantibus matrimonium cum consanguineis intra quartum gradum sponse de praesenti, etiam nondum cognata. vt dicemus disput. 70. nu. 16. Hoc autem intelligo quando matrimonium illud tempore infidelitatis initum, fuit validum. Si enim fuisset irritum, eod quod contra ius naturale, vt quia alter eorum erat legitimus cum altero coniuge copulatus, vel in gradu lege naturae irritanti contractum est: vel contra leges eorum irritantes, existimo nullum inde vinculum naturale oriri, quamuis matrimonium sit consummatum, sed solo iure ecclesiastico, cui illi non subdantur. Quia non verè tradunt sibi potestatem corporum ad generationem, per illud matrimonium irritum: & copula illa fuit fornicaria, ex qua nullum vinculum naturale oriri, dicemus nu. 9. & 11. Deinde, quia ratio naturalis dicit id, quod nil est, nullum posse producere effectum. Vnde successit regula iuris, non praestat, de regulis iuris, in 6. quae rationi naturali innitens decidit non praestare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Vnde (vt dicemus disput. 68. nu. 5.) D. Tho. non viso textu contrarium decidit, sed sola ratione naturali ductus, dixit ex sponsalibus irritis nullum oriri impedimentum. Si ergo ex eo matrimonio irritum tempore infidelitatis nullum est ortum vinculum naturale, quando postea baptizatur infidelis, nullo impedimento altringitur, quin possit iungi matrimonio cum quacunque consanguinea prioris vxoris putatiuae. (vt nu. 11. dicemus in simili, de affinitate ex copula fornicaria.)

Ex sponsalibus autem tempore infidelitatis initis nullum vinculum naturale oritur cum consanguineis alterius sponse de futuro. Quia nulla ratio ex adductis. nu. 4. id fualet. Vnde post baptismum potest infidelis ille ducere consanguineam in primo gradu illius prioris sponse. Quia impedimentum dirimens, quod solo iure ecclesiastico inductum est, non potuit oriri tempore infidelitatis, nec orta est aliqua tunc naturalis coitus, quae maneat post baptismum, & tunc impediatur matrimonium. (Et ita etiam dicemus. nu. 11. in quodam

dam

dam simili.) Sic docet Enriquez lib. 12. de matrim. c. 3. nu. 4. & Veracruz. 1. p. Speculi, art. 51. in corollario, quod infert ex 2. conclusionem, quamuis tribuit, & dicit esse probabile non valere id matrimonium. Ita dicit in fine illius articuli. Et ducitur, quia factus Christianus teneatur legibus ecclesiae. Sed id non credo esse probabile: & eius argumento satis fiet. num. 11. in in quodam casu omnino simili.

Haec tamen de affinitate orta ex copula coniugali est habitus sermo. Iam de copula fornicaria est differendum. Quia in re aliquibus videtur affinitatem ex copula fornicaria ortam esse vinculum naturale, atque subinde tempore infidelitatis oriri. Idque probatur, nam tota ratio ob quam ex copula coniugali oritur affinitas iure naturali (vt diximus nu. 4.) est, quia vir & vxor per copulam efficiuntur vna caro ad proles generationem, ac proinde iure naturali consanguinei vnus efficiuntur affines alterius. At hoc idem secluso quocunque iure ecclesiastico inuenitur in copula fornicaria. Vnde D. Paulus 1. ad Corin. 9. ante omne ius ecclesiasticum dixit: *Qui adheret meretrici vnum corpus efficitur cum ea.* Secundo, quia D. Gregor. epistola ad Felicem, quae habetur lib. 12. epistolarum, epistola 31. & refertur. c. nec eam. 35. q. 3. expresse ait incestuosum esse coitum, & abominabile Deo, & cunctis hominibus, si quis ducat aliquam, quae vxor fuit proprii consanguinei, vel ab eo illicitè est cognita. Sentit ergo esse contra ius naturae, aliàs non esset coitus ille incestus, & abominabilis cunctis hominibus. Et in fine videtur concludere esse naturae ordine nunc incestum prohibendum. Et idem huius sententiae sunt expresse, Ioannes Andrae c. 1. nu. 3. de coersione infidel. & ibi Anton. nu. 2. oppositione vnica. Cardin. ibi in principio. nu. 1. oppositione. 1. vbi dicunt per baptismum tolli peccatum adulterij, at non affinitatem ex eo ortam, quae matrimonium impedit. Et videtur sentire esse probabiliorem, aut saltem probabilem, Veracruz, qui (vt nu. sequenti referam) solum vocat probabilem contrariam sententiam.

Ceterum dicendum est, affinitatem ortam ex copula fornicaria non esse naturalem, & idem secluso omni lege ecclesiastica, nullum vinculum naturalis amicitiae oriri inter consanguineos viri, & feminam ab eo fornicariè cognitam, nec de contra-

Ducor, quia experientia testatur, potius inter eos oriuntur odia, & inimicitiae. Et confirmatur a signo, cum enim sint nomina imposita affinibus per copulam coniugalem: nulla sunt imposita affinibus ex copula fornicaria, ad significandam amicitiam aliquam inter eos. Secundo, quia filius non inclinatur naturaliter ad exhibendam reuerentiam aliquam feminæ cognitæ a suo patre. Ergo nullum naturale vinculum inde oritur. Tandem, quia ex illicito coitu non oriebatur affinitas iure antiquo Romano, sed ex solis nuptijs. Vt contiat ex 1. non facile. 5. affines, & 5. scidum. ff. de gradibus affinitatis. Et idem ita sustinet Nauarr. lib. 4. consil. 1. in editione tit. de sponsalibus, consil. 7. num. 3. & duplici sequenti. in 2. tit. de consang. consil. 12. n. 3. 4. & 5. Victoria summa, vbi de matrim. num. 296. Ledesma. 2. p. q. 57. art. 3. paulo post principium. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 1. nu. 2. Et dicit esse probabile Veracruz. 1. p. Speculi, art. 47. in probatione secundae conclusionis.

Sed rogabis, an si quis tempore infidelitatis aliquam fornicariè cognouit, possit post baptismum ducere consanguineam eius intra gradum prohibitum? Id negat Veracruz. 1. p. Speculi, art. 50. concl. 3. & 4. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu 129. Et probant, quia licet hæc affinitas non sit naturalis, at ille post baptismum subdatur legibus ecclesiae irritantibus matrimonium in eo affinitatis gradu. Et confirmatur, quia sicut potest infidelis inire matrimonium cum consanguinea in secundo, & vltioribus gradibus, at post baptismum nequit impediende lege ecclesiastica, cui iam subiacet. Ita potest tempore infidelitatis valide contrahere cum facta sibi affini per fornicationem: at factus fidelis nequibit. Tandem, quia crimen tempore infidelitatis admittum, nepe, machinatio in morte viri vxoris fidelis, ipsa in fidiante, non impedit matrimonium eo infidelitatis tempore, at impedit post baptismum. vt habeat c. 1. de conuers. infidel. Ergo idem dicendum est de impedimento affinitatis.

At verius est, posse id matrimonium consistere. Quia cum ea affinitas non sit vinculum naturale, & subinde non contrahatur tempore infidelitatis, nil est quod post baptismum impediatur matrimonium inter illum infidelem, & consanguineam mulieris ante baptismum fornicariè cognitam. Nisi dicas affinitatem, quae infidelitatis tempore

orta

Orta nō est, suboritur post baptismū. Quod dici non posse probauit disput. 60. num. 14. Secundō, quia non entī nequit inesse qualitas aliqua nisi seruū. §. i. ff. de actio. empr. Ergo ei, quæ non est affinitas, nō potest in esse qualitas aliqua matrimonii impediēs. Tandem, quā non obstant argumenta cōtraria nū. præcedenti posita. Nō primum, quia nulla est affinitas post baptismū, quæ tunc impediatur, vt probauit. Nec obstat etiā confirmatio. Quia consanguinitas est quid naturale, & proinde orta est tempore infidelitatis: & cum maneat post baptismum, impediēt tūc. At affinitas ex fornicatione non est tunc orta. Nec obstat etiam secundum argumentum. Quia Ecclesia in eo casu non impediuit directē infidelē, sed mulierem fidelem, in quam iurisdictionem habebat, ne illi infideli post baptismū nubat. Quod idem poterat statuere in nostro casu, at id non statuit. Et ideo hanc sententiam sustinent, Nauarr. lib. 4. consi. in. 1. e. ditione. tit. de sponfalibus, consil. 7. nu. 6. & 7. in 2. tit. de consanguinit. consil. 12. nu. 6. & 7. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 1. nu. 2. & cap. 3. nu. 4.

12. Similiter si fidelis rem habeat cū fidele, vel infideli femina, & illa habeat forem infidelem, non contraxit affinitatem cum illa sorore infideli, ac proinde eā esse hanc Christianam potest ducere: Si rem prima facie consideremus. Quia illa affinitas cū sit relatio nō potest absq; duobus extremis consistere, at infidelis illa nō potuit eam contrahere: cum nō subdatur legi Ecclesiasticæ, à qua sola vim habet ea affinitas. Non ergo orta est in eo fideli fornicante. Quod si tunc non est orta, videtur eā oriri non posse, cum soror altera baptizatur. Quia hæc relatio oriri nequit sine copula carnali noua, quæ est illius fundamentum. Nec enim potest intelligi ponē de nouo aliquā relationem, sine ratione fundandī in aliquo extremorum. Et confirmatur, quia ob hanc rationem, disput. 60. nu. 14. & 15. dixi fidelem baptizantem filium feminae infidelis, nullam contrahere cognationem spirituales cū matre, quæ tunc est incapax: & matre baptizata eam non cōualescere: ac proinde posse eum baptizantem ducere post baptismum illam baptizati matrem. Hæ igitur rationes valde vrgere videntur ad hanc partem tuendam. At tenendū est contrariū, attenda cōsuetudine Ecclesiæ, quæ habet fidelem fornicantem cum femina fidele,

contrahere affinitatem cum sorore, quæ post multum temporis spatium nascitur ex parentibus illius femina: quæ non potest contrahi statim ac soror illa in lucem editur, sed cum baptizatur: & si diu non baptizetur, nō orietur ante baptismū. Quia soror illa non subiacet legibus Ecclesiæ donec baptizetur. Item quia obstat quod num. sequenti statuimus, nescio enim qualiter stare possit, nisi hoc dicamus. Et ideo exilimo quando alter ex fornicatibus est fidelis, eum cōtrahere per illam copulam affinitatem, cum consanguineis alterius fidelibus: statim, cum infidelibus autem quando cūq; baptizati fuerint, & ideo inter fidelem illum cum eis non posse consistere matrimonium. Quia fidelis ille tempore copulæ subiacebat legi Ecclesiæ statuenti ex ea copula oriri affinitatē cum consanguineis alterius quocumq; nati fuerint, & baptizati: vt ipsius Ecclesiæ consuetudo legem illam explicat. Vt probat exemplum adductum. Quod nec lex ecclesiastica, nec consuetudo habent in contrahēda cognatione spirituali, quādo tempore baptismi collati, alterum extremum incapax erat. Et cum hæc affinitas sit ex merito Ecclesiæ statutum, nō est mēsuranda iustitiam aliarum relationum, quæ ex rei natura consurgunt, sed vt Ecclesiæ statuit. Et per hoc cessant rationes cōtrariæ. At infidelis cū qua fidelis est fornicatus, nec tunc, nec post baptismum contrahet affinitatem cū consanguineis fidelis: quia tempore, quo erat contrahenda, non subiacebat legibus Ecclesiæ: & nullibi statutum extrahit, vt post baptismum cōualescat. Absq; dubio autem fidelis habens rem cū infideli habente forem fidelem, cōtrahet affinitatem cum sorore fidele. Quia tunc vtrumq; extremū subiacet legibus Ecclesiæ.

13. Hinc inferitur, fidelem cognoscentem carnaliter infidelē, si illa infidelis postea facta fidelis concipiat ex alio filiam, & baptizetur, contrahere affinitatem cum illa filia: & idem, si adhuc mater permanēs in infidelitate pareret illam filiam, & postea filia baptizaretur. Quia factis est ad affinitatem contrahendam, alterum ex fornicatibus, qui illam contrahiturus est, fidelis esse, & consanguineum alterius cum quo contrahenda est, vel tunc esse fidelē, vel post effici, vt nū. præcedenti probauit.

14. Ad argumenta nū. 3. proposita respondetur. Ad 1. dic diuersam esse rationē in

copula

copula coniugali, ac fornicaria. Quia per illam ita vir & femina coniunguntur, & sunt vna caro, vt inde naturaliter oriatur amicitia. Quod secus contingit in hac: potius enim odia, & rixæ pullulant. Præterea, licēt illa ratio probet, iure naturæ optimo Ecclesiam statuisse hanc affinitatem: at nō probat esse eam de iure naturali. Nō enim omnia, quæ iure naturali inniuntur, sunt de iure naturali: sed quæ sunt per se nota, vel ex per se notis inferuntur. Quippe omnis lex iusta ratione naturali inniuntur: nec tamen omnis ius naturale contrinet. Ad secundum dic, D. Gregoriū non

significare ibi, eum coitum esse ordine naturæ incestum, sed tunc esse incestū, quando prius est habitus coitus ordine naturæ, id est, intra vas naturale cū consanguinea illius, cū qua admittitur modō fornicatio. Vt bene explicat glossa. eo. c. nec eā, verb. naturæ. Quam sequitur Nauar. n. 4. in duplici consilio ipsius, quod. nu. 9. allegauit. Et dum dicit esse incestum apud omnes homines, non dixit id absolute, sed bonos homines: & apertè loquitur de Christianis. Cū dicat, Christianos non posse id matrimonium inire: quia apud bonos homines esset incestus.

DISPUTATIO SEXAGESIMASEXTA.

An aliquis gradus affinitatis in linea recta, vel transuersa, sit ita iure naturæ interdictus, vt attentio eodem iure matrimonium irritet?

SUMMARIUM.

Propositur vtilitas questionis: & qualiter cognoscatur matrimonium iure naturæ irritari. Remissio. n. 1.

Indecentia quadam est in huiusmodi coniugis. num. 2.

Quando affinitas est ex fornicatione, in nullo gradu irritat iure naturæ matrimonium. num. 3.

Quæ sunt questiones disputanda. n. 4.

An affinitas dirimat matrimonium iure naturæ in aliquo gradu lineæ rectæ? Refertur duplex sententia. n. 5. & 6.

Propositur sententia Authoris. n. 7.

An infideles coniuncti in primo affinitatis gradu lineæ rectæ sint separandi post baptismum? num. 8.

Soluntur argumenta. n. 9.

An in linea affinitatis transuersa debeat aliquis irritans iure naturali matrimonium? Refertur quadam opinio. n. 10.

Propositur sententia Authoris. n. 11.

Sarisfit argumentis. num. 12.

11. **R**IC premitendum esset, cui vsui quæstio hæc dederit: & qualiter dignosci possit, an matrimonium iure naturæ interdicatur, vt eodem iure sit irritū. Sed hæc proposita sunt hoc libr. disput. 51. num. 1. & 5.

2. Nec dubitamus, an sit indecentia quadam naturalis in matrimonii initis cū af-

finibus in aliquibus gradibus, nisi causa aliqua preponderans iustas eas nuptias efficiat: id enim falsi sumus hoc libro, disput. 52. nu. 7. Sed difficultas eod pertinet, an ita iure naturali in aliquo affinitatis gradu nuptiæ interdicantur, vt eodem iure sint irritæ.

3. Et quidem quando affinitas oritur ex fornicatione, tanquā certum tenendum est, eam in nullo cuiuscunq; lineæ gradu dirimere iure naturali matrimonium. Quia ea affinitas ex solo iure Ecclesiastico consurgit (vt probauit disput. præcedenti, nu. 9.) Si ergo stando in iure naturæ ea affinitas nō erat, quomodo poterat, eo iure attentio, obstat matrimonio? Et ita dicit esse certum Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 6. circa primum statum affinitatis, difficultate. 2. conclus. 3. Quare audiendus non est Celsus. 4. d. 40. q. vnica post quartum argumentum, dubio. 1. vbi ait, interdictum esse iure nature matrimonium inter filiam & eum, qui cū eius matre fornicatus est. Nec etiam fides habenda est D. Antonino. 3. p. tit. 1. cap. 11. §. 1. statim in principio, vbi ait esse iure diuino vetitum matrimonium in primo gradu lineæ rectæ affinitatis ex fornicatione orta.

4. Difficultas autem est de affinitate consurgēt ex matrimonio. Quare duplex est discutienda quæstio. Prior de gradibus lineæ rectæ. Posterior de gradibus transuersæ.

D d Quæstio